



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

10 An libera complacentia, & delectatio de obiecto malo, quæque dicitur
delectatio morosa absque proposito exequendi illud, sit peccatum
mortale?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

non peccatum mortaliter, etsi pluries omittas: quia qualibet omisso non contiguatur moraliter cum alia neque vnum quid efficiatur: scilicet verò dicendum, quando intentio vouentis non determinat tempus, ut fiat obligatio, sed potius ut illam determinet solutio, debitorum: tempus enim augere: ut contingit in solutione debitorum, si de fa- praeiungitur debito solvendo, non ut extingatur debita, si de fa- pioinde adueniente termino, & debito non soluto, magis debi- tor est: quando autem hoc modo recitatio, vel elemosyna promittitur, nemini est dubium posse pertinere ad aliquem diem, in quo omisso elemosyna, vel recitatio sit grauis, quia tunc non solum omittitur elemosyna, vel recitatio illius diei: sed recitatio, & elemosyna omnium dierum praecedentium: quae debita tunc est ac proinde est grauis: & ita tenet Bonacin. disp. 2. de peccat. q. 3. punct. 5. n. 2. 3. Sanch. lib. 1. in Decalog. cap. 4. n. 14. Sual. lib. 5. de voto. c. 5. n. 2. 9. & 10.

Sed inquire, quando censetur vouens annexere obligatio- nem ad diem, quando non?

Respondetur, quoties aliquod motiuum in singulis diebus re- lueat, quale solet reuocari in recitando quotidie calculo virgi- neo, nullo modo censetur vouens in diem sequentem proto- gere obligationem: & in votis personalibus ita semper est in- telligendum, dum aliud non constat, ut bene dixit. Sors lib. 7. de iustit. q. 1. art. 1. col. 4. vers. c. conclusio ergo. Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 3. paulo post principium, comel. 3. Quapropter Suarez lib. 5. de voto, cap. 5. num. 12. & 13. & alibi saepe: dicit ratio con- tingere in votis personalibus obligationem factam pro vno die in sequentem prorogari: in votis autem realibus facilius po- test praesumi intentio prorogandi obligationem, eo quod videa- tur non solum attendi religiosum seruitium, sed etiam necessi- tatis alicuius remedium, quod semper habet eandem opportu- nitatem. Quapropter Medina 1. 2. quest. 88. art. 4. ad 4. Petrus de Ledefina 2. 2. sum. tract. 10. cap. 3. dub. 1. & multis relictis Garcia de benefice. 3. part. cap. 1. num. 17. tenent in votis reali- bus obligationem in sequentem diem semper prorogari credo tamen sic praesumi, dum aliter non constat: constare autem, si in honorem Virginis promissa esset elemosyna danda singulis Sabbatis, vel in eius festiuitatibus: non enim ad sequentes dies transiret, sed eodem modo iudicandum esset de tali elemosyna, ac de ieiunio tunc promisso.

10. Maior difficultas est, an pecces mortaliter, si violes plu- ra vota eodem die, quorum quodlibet de re leui sit, & omnia simul grauem materiam constituent? Verbi gratia, pro- missisti Deo in honorem Virginis septies salutationem Angeli- cam recitare, alio voto in honorem passionis quinquies ora- tionem Dominicam, & alio voto alias orationes in hono- rem alicuius Sancti, peccesne mortaliter, si omnia haec omittas.

Bonacina disp. 3. quest. 3. punct. 6. num. 29. existimat te pec- catum mortaliter, & idem tradit Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 4. num. 16. non solum in votis, quae sunt eiusdem rationis, sed etiam in votis diuersis, ut si vno voto promissisti aliquas leues orationes recitare, & alio elemosynam, alio opus aliquod leuis charitatis. Mouentur primo, quia omnia illa vota eiusdem ra- tionis sunt: obligant enim sub materia religionis. Ergo violans illa violat virtutem religionis grauius. Secundo per accidens est omnes illas orationes multiplici voto esse Deo promissas, po- terant enim vnicuique voto promissae esse. At si vnicuique voto promissae fuissent, & de facto omittentur, peccatum foret morta- le: ergo etiam est mortale, quando multiplici voto fuerint pro- missae. Constat. Si Petrus magnum pecuniae summam promi- sisset promissionibus diuersis, quarum singulae promissiones le- uem materiam continent; eodem modo peccates omittendo pecuniae solutionem, ac si vnica promissione pecunia illa pro- missa sit, quia per accidens est promissa esse vnica, vel multi- plici promissione: ita similiter in promissionibus Deo factis videtur dicendum, cum ad eius honorem, & cultum partem referat, multiplici, vel vnico actu omnes illas orationes pro- missas esse.

11. Verum etsi supradicta sententia probabilis sit, mihi proba- bilior videtur opposita: nempe in supradicto casu non esse peccatum mortale omissionem illorum votorum: ita colligitur ex Francico. Suarez lib. 5. de voto. c. 5. num. 11. & 12. vbi affirmat, si promissisti singulis horis eleuare mentem ad Deum, vel quo- ties Missam audire, nihil leue ex illa omittentes, etsi toto die non eleuaret mentem ad Deum, & in pluribus Missis leue quid omittentes, nunquam te peccatum mortaliter: & reddit rationem, quia vna materia cum alia non colligatur: scilicet verò si promissus recitare officium diuinum integrè, & in prima omittentes Psalmum, in tertia, & sic in singulis horis, quia om- nes illae horae vnum officium diuinum constituent, & omnes illae omissiones in vnum aduocantur. At in supradicto casu illa vota non vniuntur in aliquo tertio, sed quodlibet ex illis est se- paratum, & distinctum. Ergo violatio vnus non potest augere violationem alterius. Neque obstat illa vota vni in virtute re- gionis: nam etiam si promissus Dominicus singulis Do- minicam orationem recitare, & multis diebus omittentes, non peccas: quia est omnes illae recitationes aduersus religionis

Err. de Castro Sum. Mor. Pars I.

virtutem sint, quia tamen inter se non vniuntur, ideo grauius virtus religionis non laeditur: sed omnia illa vota (etsi sint vno die implenda) non tamen vniuntur inter se, sed ita distincta sunt, ac si quodlibet illorum quodlibet distincto die praestan- dum esset, quod exinde probatur: quia quodlibet votum in specialem reuerentiam, & honorem alicuius Sancti, vel mysterij diuini factum est, in quo aliud votum non conuenit. Ergo sunt inter se omnino disparata. Ergo non peccas mortaliter, esto omnia illa omittas.

12. Ad rationem contrariam facile responderetur. Admitto omnia illa vota vni in virtute religionis, sed haec vnus non sufficit, ut ex omissione illius grauitas alterius accretat: debe- bant enim inter se vota vni.

Ad secundum respondeo impossibile esse vnico formali vo- to promitti, esto vnico actu omnes illae orationes promitteren- tur, est enim ille actus virtualiter multiplex, & de re multiplici, securi est, quando vnico actu promittis singulis Sabbatis recita- re salutationem Angelicam, quodlibet enim Sabbato absoluitur promissum illius diei, neque vltra progreditur, neque recitatio vnus Sabbati cum recitatione alterius coniungitur: scilicet verò est in promissione pecuniae homini facta, quae cum in eius vi- liam cedat, omnes illae pecuniae promissae in huiusmodi fi- re, qui est immediatus, aduocantur, & tunc vnica promissione, siue multiplici promissae sint, siue vnico die praestandae, siue multis diebus: at verò recitationes non vniuntur, cum quodlibet cedat in honorem particularis Sancti, vel mysterij.

13. An peccatum veniale, vel opus indifferens mortale red- darur ob scandalum? Certum est reddi mortale, si enim tuo dicto, vel facto indicas ad peccatum mortale, peccas mortali- ter, quia particeps es peccati alterius: & ita docet D. Thomas 1. 2. quest. 88. art. 3. corp. & ibi interpretes Toletus lib. 3. sum. cap. 2. n. 3. in fin. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 18. sect. 3. num. 7. Thom. Sanch. lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 11. Valquez de scandalo quest. 43. art. 8. dub. 2. num. 17. vers. c. vna autem. Qua autem ratione hoc contingat, & quibus modis scandalum mortale fit, cum opus sit tantum veniale, vel indifferens, latè dicemus tract. de charitate, disp. de scandalo.

PUNCTVM X.

An libera complacencia, & delectatio de ob- iecto malo, quaeque dicitur delectatio, mo- rosa absque proposito exsequendi illud, sit peccatum mortale.

§. I.

Proponuntur aliqua c. rta.

1. Explicatur differentia inter delectationem de obiecto & eius desiderium.
2. Delectatio de cogitatione obiecti mali, mala non est.
2. Idem est dicendum, si delecteris de modo aliquo mirabili, & artificio.
4. Limitantur supradicta.
5. Quomodo cognoscendum sit, procedatne delectatio ex artificio, & cogitatione, vel ex obiecto malo.
6. Delectatio de obiecto formaliter malo, semper est mala.

1. PRIMO certum est magno esse differentiam inter delectationem de aliquo obiecto, & eius desiderium: saepe enim licita est delectatio de aliquo obiecto, cuius tamen non est licitum desiderium: licitum enim est complacere de ludo, qui fuit causa omissionis Missae, non tamen licet illud desidera- re, & licet displicere, & tractari de auditione Missae facta in die festo ob laborem annexum, non tamen licet desiderare Missam non audire. Ratio est, quia desiderium, seu voluntas efficax alicuius obiecti tendit ad ponendum obiectum cum omnibus suis circumstantiis. Ergo ab obiecto talibus circumstantiis vestito separari non potest malitia, neque etiam à voluntate separari poterat: & accipit enim voluntas malitiam ab obiecto: at delectatio non tendit ad ponendum obiectum, sed quasi supponit iam pos- situm, illi dque secundum se respicit, ac proinde facili negotio denudari potest à malitia: siquidem neque directè, neque indirectè in illam fertur, cum nihil ponat, ex quo malitia sequatur. E contra verò potest esse aliquod desiderium ab obiecto licito, cuius tamen complacencia non sit licita, desiderare enim potes copulam habere cum Maria, casu quo sit tua legitima vxor, neque tu sis aliquo vinculo impeditus: at complacere in tali copula, non est ita certum licere. Quae omnia probant desiderium, & voluntatem efficacem sumere tuam bonitatem, & malitiam ab obiecto: complacenciam autem ex conformitate, vel deformitate immediata cum virtute: sic Valsq. 1. 2. disp. 12. cap. 3. Salas tract. 1. 3. disp. 6. sect. 5. n. 50. Basil. de Leon lib. 10. de matrim. c. 16. §. 1. 7. Bonac. de matrim. q. 4. p. 8. n. 3. 15. & 16.

2. Secundo certum est delectationem de cogitatione obiecti mali,

mali, malam non esse: nam cognoscere obiectum malum, malum non est. Ergo neque delectari de tali cogitatione malum esse potest. Et confirmo. Deus cognoscit omnia mala, & peccata, & delectatur de tali cogitatione, non igitur potest esse ibi aliqua malitia.

3 Tercio certum est delectationem aliquo modo mirabili, & artificioso in obiectis pravis relucere non esse mortalem, quia non est delectatio de obiecto malo, quatenus malum est, neque quatenus fundat malitiam, sed potius quatenus ab illa praescindit. Obiectum enim talis delectationis bonum quid est, scilicet dexteritas, velocitas, ingenium, fortitudo, inopinatus eventus, & similia, quae licet pravis actionibus adiungantur, non tamen ferunt delectatio, ut illis sunt coniuncta, sed potius ut ab illis praescindunt. Hac enim ratione cum videmus aliquem ex praecipitio cadere, & graviter vulnerari, ridere, & laetari solemus, non quidem de malo illius, sed de modo quo cecidit. Item cum narrantur fraudes, furta, duella, aliaque similia, delectari solemus, quia imbibunt in se inusitatum modum, dexteritatem notabilem: sic Azor, tom. 1, instit. mor. lib. 4, c. 6, q. 11 & alij statim referendi.

4 Adverte supradicta intelligi per se loquendo: nam per accidens saepe est peccatum mortale, vel veniale, delectari de cogitatione, vel de aliquo artificioso peccato. Erit namque peccatum veniale, si cogitatio sit vana, & otiosa: erit mortale, si periculum adit consentiendi in aliquo mortali: sic relatio D. Thom. Angeli, Sylvi, & alij docet Salas 1. 2, tract. 13, disp. 8, sect. 7, n. 61, 62. Et 64, sect. 45, n. 230, circa finem. Thom. Sanchez, lib. 1, in Decalog. c. 1, a n. 2. Lessius lib. 4, de virtutibus, c. 3, dub. 15, n. 109. Bonacina, de matr. q. 4, punct. 8, n. 7.

5 Sed inquires quomodo cognoscas, an delectatio ex cogitatione, vel ex aliquo artificio oriatur, an vero oriatur ex re mala cogitata.

Respondeo difficillimum esse cogniti, & periculosissimum. Primo enim certum est, ut delecteris de cogitatione debere te necessarii advertere cogitare, alias convinceris de re cogitata delectari & non de cogitatione, quia voluntas ferri non potest in incognitum. Postero autem quod supra cogitationem reflexis, non inde inferri manifeste de sola cogitatione delectari, nam potes de cogitatione, & de re cogitata delectari. Secundum signum licet non evidens, clarius tamen sumitur ex occasione unde orta est cogitatio: nam si ex honesta occasione cogitas de obiecto pravo, ut quia audis confessiones, legis, studes, praedicas, praesumeris delectari de cogitatione, non de re cogitata, & licet in appetitu sensitivo oriatur delectatio, censuris ei non consentire: at si ex occasione prava, ut ex affectu turpi & otioso, locutione inutili, lectione vna oriatur: non leve indicium est ex re cogitata esse potius delectationem, quam de ipsa cogitatione. Tertium & mihi apertum indicium est ad cognoscendum, unde oriatur delectatio, attendere, an artificium in rebus piis relucens aequè te delectet, ac in pravis, & inhonestis; nam si cum honesta sint, & si elegantiora, & subtiliora, non te ita delectant, signum est non ex artificio tantum, sed ex re cui est annexum artificium, sumi delectationem: hac ratione optime adverte Salas 1. 2, tract. 13, disp. 6, sect. 8, q. 74, n. 65. convincit plurimos consentire in delectatione rerum turpium sub praetextu artificiosi carminis, vel suavis musicae, qui tamen carmina elegantiora rei pie, & honeste audire, & legere recusant, vel saltem minori aviditate legunt, & audiunt, & quasi minus lepida, & artificiosa sibi videntur; indicium sane non leve suae pravae affectionis.

Secundo convinci latenter delectatione carnis ferri, qui frequentius, & libentius loquuntur de occultis partibus corporis, de agritudinibus, medicinis, vestibus, & aliis ad eas pertinentibus, quarum memoria iturpiter in risum incompositos testes aliquid delectationis latentis.

Tertio inquit Salas similis peccati argui, qui metaphoris rerum turpium gaudent, quasi artificioso loquantur, & qui facile multa detorqueant ad turpes sensus, & celebrant minus inconsiderate dicta sub specie ostentandi acumen ingenij, & loquentis imperitiam, qui potius gaudeat rebus turpibus cogitatis: & quamvis haec saepe a mortali excusentur ex inadvertentia, aut ignorantia, aut quia obiectum non est adeo obscenum; saepe tamen ob delectationem formalem rei turpis mortalia sunt, quare omnino vitanda.

6 Quarto certum est delectationem de obiecto formaliter malo etiam sub ratione delectabilis esse mortalem: loquimur de obiecto non venialiter malo, sed mortaliter, hoc est de peccato mortali (nam delectatio de aspectu curioso feminarum, de furto levi, de verbo otioso, veniale est in omni sententia si licet & ipsum obiectum) Suppositum existimo ita certum, ut nulla ratione stante fide dubitari possit: qui enim se iactaret, vel delectaretur de fornicatione habita, de furto commisso, de ieiunio violato suae se, siue ab alio, voluntate sua amplectitur obiectum grauius prohibendum. Ergo peccat mortaliter, & idem est, etiam si de facto haec commiserit, nec commissurus esset, sed fugeret committi, & sic de illo delectaretur, quia iam per voluntatem amplectitur obiectum formaliter malum: parum enim refert esse obiectum verum, vel fictum, ut malitiam

tribuat, Basilias de Leon, lib. 10, de matrimonio, cap. 16, numero 2. & 3.

Ex quo fit si coniuges copulam maritalem habentes, se delectant de copula fornicaria, mortaliter peccaturos, quia approbant obiectum mortaliter malum: contingit enim saepe coniux accedens ad vxorem, cogitationem habere in alia femina, & in illius congressu, quasi in praesenti delectari, nemini potest esse dubium tunc peccate mortaliter: ita Sylvest. verbo debitum, quaest. 2, in fine. Sanchez alios referens lib. 9, matrim. disp. 17, num. 6.

§. II

An delectari de obiecto materialiter malo, v.g. de coitu cum femina, de comestione carnis die Venenis, sit mortale.

- 1 Proponitur sententia negans.
- 2 Contraria affirmans.
- 3 Tercia distinguit de prohibito iure naturali, vel positivo.
- 4 In materia luxuria nulla est delectatio deliberate quaesita de obiecto graui in personis solutis, quae ex lenitate materiae venialis sit.
- 5 An delectari de copula sub conditione, si licita sit, sit mortale? Negat Sanchez de delectatione voluntatis secus de delectatione appetitus.
- 6 Admittenda non est talis distinctio.
- 7 Viduis nullo modo licet de copula habita durante matrimonio delectari.
- 8 Proponitur aliquot obiectiones.
- 9 Soluuntur.
- 10 Mortale est delectari de pollutione naturaliter contingente, tamen si licet illam ob aliquem honestum finem desiderare, aut de ea sic contingente ob curam fidem hominum gaudere.
- 11 Idem est dicendum de aliis materiis.
- 12 Quid dicendum de coniugibus ligatis voto castitatis.
- 13 Quid si ex alio impedimento extrinseco illicita copula sit coniugibus, an possint de copula delectari.
- 14 Quid quando dubium habent de valore matrimonij, & ratione dubij interdicta est debiti petitio. Proponitur sententia affirmans esse licitam talem delectationem.
- 15 Probabilior opposita.
- 16 Respondetur argumentis num. 14. deductis, & resoluitur ratio in absentia coniugis absque pollutionis licitis esse.
- 17 Quid dicendum, quando coniux dubius non est de valore matrimonij.
- 18 Quid dicendum de delectatione in coitu aliorum, proponitur quaedam sententia.
- 19 Resoluitur esse mortale tam delectationem de coitu licito quam illicito.
- 20 In aliis materiis à Venere licita est delectatio de opere bono.
- 21 Si de opere ex aliqua circumstantia malo delecteris, quatenus tale est peccatum.
- 22 De obiecto iure positivo prohibito potest esse delectatio absque peccato.

Variæ sunt sententiae.

Prima negat vllam delectationem de obiecto materialiter malo, etiam si sit in re venerea, esse mortalem, sed solum veniale: tribuitur Martino de Magist. tract. de temperantia, q. 3. luxuria ad 17, clarius illam docet q. de pollutione post probationem 4. conclus. Corduba lib. 1, q. 23, dub. 11 §. igitur, illam reputat probabilem. Medina 1. 2, q. 74, art. 6. non audeat illam condemnare, fundamentum huius sententiae est: quia ferè nullum est obiectum, à quo separari malitia per apprehensionem non possit. Ergo de illo ut sic apprehenso delectari potes absque peccato saltem mortali: nam licet virtus castitatis omnes motus, & delectationes circa rem veneream reprimat: at non videtur sub mortali reprimere inefficaces, sed solum illas, quae efficaces sunt, & causa operis.

2 Secunda praecedenti opposita affirmat omnem delectationem de obiecto mortali, siue prohibito iure naturali, siue positivo in quacumque materia sit, esse mortale: ita Medina Cod. de vestit. quaest. 21, §. mihi tamen. Valent. 1. 2, disputat. 6, quaest. 4, punct. 4, ad finem. Azor, tom. 1, instituit. moral. lib. 4, cap. 6, quaest. 1, laet D. Thom. quaest. 4, artic. 8. ubi probat delectationem veneream de opere mortali, mortalem esse, quia mortale est confirmari per affectum peccato mortali, quae ratio aequè probat de obiecto contra castitatem, ac contra quamlibet aliam virtutem, & de prohibito iure naturali, vel positivo.

3 Tercia, & communis sententia est, omnem delectationem mortalem de opere mortali prohibito iure naturali mortalem esse, non item de prohibito iure positivo tradit D. Thom. 1. 2, quaest. 74.

quasi 74. art. 8. in cap. 1. ad §. siquidem solum in prohibitis iure naturali exemplum ponit Lessius lib. 4. de iust. cap. 3. dub. 15. et 115. Corduba lib. 2. q. 30. dub. 1. Sanchez alios referens lib. 1. cap. 2. num. 9.

Priorem huius sententiae partem probant Doctores, quia à prohibitis iure naturali separari non potest malitia, quia sunt inrisolubiles mala: ac à prohibitis iure positivo optime potest separari; siquidem ab illis separari potest prohibitio, quae facta sunt, sed quatenus in se sunt delectabilia, delectant: si enim die Veneti videas agrorum comedentem carnem, & de tali comestione delectaris; delectaris, inquam, de comestione bona, & non mala; siquidem non delectaris de comestione violante legem. Verum, ut distinctè procedamus, prius dicendum est de delectationibus in materia luxuriae, postea de reliquis.

4. Dicendum ergo primò est in materia luxuriae nullam esse delectationem deliberatè quaesitam in solutis hominibus in re venerea de obiecto graui, quae ex leuitate materiae excelsius à naturali: ita communis concordantia, neque contraria vix iam habet probabilitatem. Valquez disput. 109. cap. 3. Salas in numerosis referens tract. 3. disput. 6. section. 4. num. 45. Basilius de Lessius lib. 10. de matrim. cap. 16. §. 2. num. 8. lib. 4. cap. 3. dub. 15. num. 109.

Ratio huius conclusionis est, quia delectatio de obiecto venereo est causa per se, & supra naturam coitus, vel pollutionis, commouet enim appetitum sensitiuum, & spiritus vitales subleuantes generationi vocat. Ergo per se est mala, & prohibita. Oculi, tactus, & amplexus nulla honesta ratione accepti peccata sunt, quia initium sunt, & causa per se coitus, vel pollutionis. Quòd verò hae delectationes mortales sit, esto si, actus in effectum ex eodem principio, probò: quia magis quam tactus, oscula, vel amplexus appetitum delectat, maiorique impetu, & efficaciori ad coitum, vel pollutionem promouet, & ratio abest à tali delectatione consensus in opus; vt notauit D. Thom. de virt. 2. art. 4.

5. Ex hoc fundamento inferitur nemini soluto licere delectari de copula sub conditione cogitata, si esset licita; quia illa cogitatio, & delectatio praesens est, & causa, & initium coitus praesentis: ita Sanchez, Basilius de Leon, & Valquez supra, Limitat tamen Sanchez tom. 3. de matrim. disput. 47. num. 1. & sequ. lib. 1. in Decalog. cap. 2. à num. 3. hanc doctrinam ad solam delectationem appetitus sensitiui, & non voluntatis, quia appetitus sensitiuus ferri non potest in obiectum conditione venustum, scilicet sub conditione matrimonij, quia imaginariu non potest representare appetitum obiectum venustum aliqua conditione, sed absolute, ideo (inquit) appetitum non posse ferri in obiectum illicitum, sed in obiectum secundum se, & cum copula in se mala sit in solutis, ideo mala erit talis delectatio, licet delectatio voluntatis: probat autem non posse imaginariam representare appetitum obiectum sub conditione, quia in representatione obiecti conditionalis, est quidam tactus discursus, qui imaginariu cum brutis communi non est tribendus: videtur enim in representatione obiecti conditionalis affirmatio, & negatio, vt cum dicitur, si homo est animal, est sensibilibus; aequales enim huic, est animal, ergo sensibilibus.

6. Verum huc doctrinam acquiescere non possum. Existimo enim delectationem voluntatis de copula sub conditione audente eius malitiam, si fiat in solutis, malam esse: non quia ex parte obiecti mala sit, sed quia de facto excitat appetitum, & commouet ad copulam praesentem, quae nullo modo solutis licita est: si enim castitas delectationem appetitus sensitiui refrenat in solutis, quare non debet refrenare delectationem voluntatis? Deinde falsum est appetitum non posse, sicut & voluntatem delectari de obiecto sub aliqua conditione, imaginariu enim representare potest obiectum venustum aliqua conditione: nam ad hanc representationem non requiritur discursus, affirmatio, vel negatio, sed sola simplex apprehensio, qualis est in brutis; brutis enim saepe representantur cibi conuenientes, venusti tamen aliqua conditione quae illos à sumendo remouet, & vere comederent illos, nisi timor domini castigantis addelet; habent ergo appetitum sub conditione: sic Ioann. Salas tract. 13. disput. 6. sect. 18. num. 189. & sect. 30. n. 200. Quòd verò in voluntate delectari, non solum gaudium, sed etiam delectatio, videtur necessariò affirmandum exemplo Christi, qui summum gaudium vno Deo habebat: imò gaudebat vehementer se pro redemptione mundi pati; & moti non tamen de illa morte habebat delectationem, sed potius tristitia, iuxta illud, *tristis est anima mea usque ad mortem*, quae tristitia non solum in appetitu, sed etiam in voluntate residet. In quo autem differant gaudium, & delectatio voluntatis, non est facile explicatum. Deo ergo gaudium esse quandam complacentiam approbationem boni possessi, quia voluntas vult ita esse, & complacet, vt ita sit; tendit enim ad rem, prout est in se; delectatio verò non respiciet, prout est in se, sed prout sibi est utilis, & conueniens, & de illa vt sic delectatur: quare delectatio ex gaudio sequitur; ac non semper gaudium inferit delectationem.

Adde difficillimo negotio distingui posse delectationem voluntatis à delectatione appetitus; habent enim huiusmodi potentiae talem inter se annexione, vt vix eorum actus distingui possint, vt ex praeterea constat.

6. Secundo infero non esse licitam viduis delectationem tam voluntatis, quam appetitus sensitiui ortam ex cogitatione copulae habitae tempore matrimonij, neque sponsae de futuro delectati de copula habenda tempore coniugij: quia talis delectatio non sumit suam bonitatem, vel malitiam ab obiecto, quòd bonum quidem est, sed ex oppositione, quam de praesenti habet cum virtute castitatis, eo quòd de praesenti excitet, & commoueat spiritus subleuantes generationi, & pollutionis, vel coitus praesentis initium sit: & ita tenet Sanchez plures referens lib. 9. de matrim. disput. 47. num. 4. Bonacina q. 4. de matrim. punct. 8. n. 13. Valquez 1. 2. disput. 114. n. 3. Basilius de Leon lib. 10. de matrim. c. 16. §. 2. n. 10. & 11. Lessius lib. 4. de iust. c. 3. dub. 15. num. 120.

8. Sed oblicies. Eiusdem bonitatis, & malitiae est operatio, & eius delectatio, teste Aristotel. communiter recepto lib. 10. Ethic. cap. 3. ad finem, & cap. 5. sed operatio, quam delectatio habet pro obiecto, est licita. Ergo. Secundo delectati de copula, est copulam approbare, & de illa gaudere; sed gaudium, & approbatio copulae licitae licita est. Ergo licita est talis delectatio. Tertio coniugibus licitum est, delectari de copula tunc habita, quia delectantur de obiecto bono, sed idem est obiectum cum vidui sunt. Ergo licet de eodem delectari; diuersitas enim temporum speciem moralem non variat, si in obiectis non sit variatio. Quarto licitum est delectari de comestione carnis tempore quo licet, de occasione latronis à iudice facta, de distributione pecuniae alienae, casu quo esset propria. Ergo etiam erit licitum delectari de copula: & ita tenet de sponsis de futuro Medina referens Vid. 1. 1. quest. 74. artic. 8. dub. 3. & sibi Zumel, disput. 4. c. 3. Paludan. in disput. 19. quest. 3. art. 1. n. 9. & probabilem reputat Corduba lib. 1. quest. 23. dub. 13. & de viduis docuit idem Medina dub. 2. Palud. Zumel, supra. Valent. 1. 2. disput. 6. quest. 4. p. 4. Syluester verbo delectatio quest. 13. Emanuel Sa, verbo luxuria, n. 13. Salas tract. 13. disput. 6. sect. 18. numer. 190. probabile reputat delectationem etiam appetitus sensitiui de obiecto turpi sub conditione audente eius malitiam licitam esse, & sect. 29. loquens de sponsis de futuro, solum vt probabilius defendit non esse eis licitas tales delectationes, & sect. 30. n. 200. in viduis reputat probabilius posse delectari de copula habita.

9. Verum retinenda est nostra sententia affirmans delectationem veneream tam voluntatis, quam appetitus sensitiui in petitionis solutis esse mortalem. Dixi, tam voluntatis, quam appetitus sensitiui: quia delectatio voluntatis excitat delectationem appetitus propter sympathiam naturalem, neque valet distingui, quando delectatio est voluntatis solum, quando verò sit etiam appetitus, vt bene probat Valquez disput. 113. c. 2. & disput. 108. c. 2. Salas disput. 6. sect. 30. n. 200. Quocirca.

Ad primum dico eiuusdem bonitatis & malitiae esse delectationem cum operatione, quam causat, non cum operatione, quam habet pro obiecto. Cum autem delectatio de copula licita causet illicitam, quia causat copulam de praesenti, quae illicita est; ideo ipsa delectatio illicita est. Secundo respondeo eiuusdem bonitatis, vel malitiae esse delectationem cum opere, quod habet pro obiecto: ac obiectum delectationis non est copula praeterita, quatenus praeterita, sed quatenus vt apprehensionis modò sit praesens, & quasi modo sit exercita, & cum de praesenti illicita sit, efficitur illicitam esse eius delectationem.

Ad secundum nego delectari de copula esse formaliter copulam approbare: aut de illa vteunque gaudere: nam in omni sententia licitum videtur esse, gaudere, quòd debitum marito reddiderit, & cuiuslibet licitum est gaudere, quòd coniuges sibi iniuicem debitum reddant: quia hic actus totam suam bonitatem, & malitiam sumit per ordinem ad obiectum sicuti actus desiderij, & voluntatis efficacis: ac delectatio inefficax cum non respiciat obiectum, vt praeteritum, neque vt futurum, sed abstractat ab illo, eius malitia, & bonitas non per ordinem ad obiectum, ex quo originem sumpsit, sed ex effectu, quem causat, desumenda est. Et forte hoc est quòd voluit dicere Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. num. 120. Bonacina quest. 4. matrimonij punct. 8. num. 14. Salas 1. 2. tract. 13. disput. 6. sect. 29. & sect. 30. num. 199. cum dixerunt sponsis de futuro non licere delectari de copula futura, neque viduis de copula praeterita apprehensa per imaginationem, vt praesenti, & tunc exercita; licet verò de illa, vt futura vel praesenti.

Ad tertium nego coniugibus licitum esse delectari de copula tunc habita, quia delectantur de obiecto bono, sed quia delectationes non sunt eis tunc prohibita; cum enim licita eis copula sit, & licita esse debet causa illius.

Ad quartam admitto licitas esse illas delectationes, quia non habent specialem deformitatem cum virtute; & nego tamen licere delectationem de copula ob rationem saepe dictam.

10. Tertio inferitur nullo modo tibi licere delectari de pollutione

DE
CASTRO
PALAZO
TOM.
I
F. N.

pollutione in somnis habita, vel coitus sine peccato contingente: quia talis delectatio causa est excitativa pollutionem coitus praesentis, & ob eam causam prohibetur à castitate. Ita Zumel plures refertens 1. 2. q. 74. artic. 8. disp. 4. dub. 2. Et 4. Salas 17. 13. disp. 6. sect. 3. 2. num. 119. Basilius de Leon lib. 10. c. 16. §. 2. num. 12. At licitum est de illa pollutione gaudere ob effectum inde sequentem, & ob eandem causam desiderare, quia tunc non est propriè delectatio de pollutione, sed de eff. & inde sequuto. Verbi gratia, licet desiderare, vt pollutio naturaliter contingat ob tentationes sedandas, & ob eundem effectum de illa gaudere: hac enim ratione Ecclesia gaudet de Adæ peccato, cum dicit: *O felix culpa, quæ talem, ac tantum meritis habere Redemptorem.* Sic Valquez disp. 1. 5. cap. 2. Et 3. Basilius supra. Lessius lib. 2. c. 3. d. 14. n. 105. Saa. verb. *luxuria*, n. 11. Salas plures refertens 17. 13. disp. 6. sect. 3. 2. n. 217. Et seq. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 2. n. 18.

11 Quod dictum est de pollutione ob huiusmodi finem, dicendum est de homicidio, fornicatione, & aliis peccatis, licitam esse, isquam, delectationem non illorum præcise, sed quatenus fuerant cause alicuius boni effectus. Sic Basilius lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 2. sine. Et num. 12. sine. Salas 17. 13. disp. 6. sect. 3. Bonacina de matrim. quest. 4. punct. 8. num. 8. Neque obstat, si dicas te non posse procurare pollutionem, homicidium, fornicationem: ergo neque de illis contingentibus delectari, quia procurare pollutionem est esse causam illius: at delectari de illa naturaliter contingente ob effectum relictum non est esse causam illius. Ergo non est, vnde talis delectatio videtur. Verum si loquamur de desiderio: est Emanuel Saa. verb. *peccatum*, n. 13, in editione Complutensi, affirmet licitum esse desiderare illud, de quo est licitum gaudere. Et idem docet Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 105. verb. *dico quare*. At mihi videtur id verum non esse; licitum enim est gaudere, quod aliquis fuerit interfectus non ex displicentia personæ, sed ob hereditatem inde provenientem: at interfecionem eius desiderare non videtur licitum. Item nullo modo licet desiderare, vt aliqui nefariè copulenter, ad habendos filios, quia licet desideret finem bonam, desiderat illum medio peccato: at postea iam peccato licitum esse videtur de illo, secundum quod causabit liberos gaudere. Quare solum licet desiderare ob bonum finem illud obiectum, quod sine peccato effici potest, licet, inquam, desiderare pollutionem naturaliter contingentem, non voluntariè contingentem mortem naturalem alicuius, vt à peccato cesset, vel tempus iam non turbet. In omnium enim sententia certum est nullo modo licere supradicta procurare: non enim quidquid licet desiderare, licet efficere, quia alio modo tendit desiderium in obiectum, ac tendit operatio: desiderare enim potest clericus, vt latrones interficiantur, non tamen potest illos interficere, quia non desiderat interfici à se, sed ab alio: quæ omnia notavit Sorus 1. de iust. q. 12. art. 1. *verbis finem* Nauarr. sum. c. 16. n. 17. rat. 6. Salas alios refertens 17. 13. disp. 6. sect. 3. 2. n. 220. Lessius lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 104. *verb. dico secundo*.

12 Quod inferitur non esse licitum coniugibus ligatis voto castitatis delectari de copula legitime habita, vel habenda; quia licet obiectum bonum sit: at delectatio bona non est, eo quod aduersetur voto castitatis, quod prohibet omnem delectationem em sensibilem veneream. Sic Basilius de Leon num. 12. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 44. num. 25. Valquez disp. 12. num. 10. Temperant tamen aliqui hanc doctrinam. Coninchus disp. 34. de matrim. dub. 11. num. 109. ne habeat verum in coniuge, qui votum castitatis emisit absque consensu alterius coniugis, & ratione cuius non deobligatur à debiti redditione. Nam tunc delectatio non videtur prohibita, siquidem absolute copula non est prohibita, cuius ipsa potest esse causa: at eadem cum Sanchez, Conincho n. 115, & Valquez supra, talem delectationem tibi esse prohibitam ratione voti castitatis, quia ratione illius obligatus es abstinere ab omni carnali delectatione quantum est ex te, seu quæ sine iniuria alterius coniugis omitti potest: at talis delectatio omitti potest sine iniuria coniugis. Ergo. Neque obstat illam delectationem initium esse posse copulae licitæ, quia non prohibetur ratione copulae, cuius initium esse potest, sed ratione sui ob votum castitatis. Adde initium esse non copulae licitæ, sed illicitæ: nam est initium copulae peccatæ à delectante, non copulae redditæ, ratione enim delectationis, ipse qui delectatur, copulam petit. Sic Lessius n. 106. Valq. 1. 2. disp. 15. c. 2.

13 Sed quid si ex alio impedimento extrinseco copula coniugalis illicita sit, vt quia vterque, vel alter astitatem contraxerant, vel prohibiti sunt copulari, vel ex copula damnata est sequendum proli: an tunc licita sit delectatio de copula?

Negat Basilius de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. §. 2. num. 12. quia delectatio tunc initium est copulae illicitæ. Probabilius tamen existimo oppositum; quia est copula ex accidente illicita sit, at per se licita est. Ergo delectatio licita erit, cum delectatio non respiciat copulam secundum quod ex circumstantia vitatur, sed secundum quod se habet. Et confirmo, si votum castitatis fecisset coniux non absolutum, sed limita-

tum, scilicet non accedendi ad vrotum: certum est non peccaturum aduersus votum in delectatione mortosa. Ergo delectatio mortosa non sumit finem bonitatem, vel malitiam ex copula, quam de presenti potest causare attendendo ad circumstantias extrinsecas, sed de copula, quam potest causare per se. Adde in impedimento affinitatis esse rem manifestam, cum ratione huius impedimenti solum accatur coniux à debiti petitione. Ergo non à delectatione illius. Ita docet Sanch. lib. 9. de matr. disp. 44. à n. 21.

14 Maior dubitatio est, quando coniugi dubium est de valore matrimonij, & ratione dubij interdicta est debiti petitiō, an tunc licita sit delectatio? Videtur licita: tum quia copula coniugij dubitandi absolute licita est: tum quia delectatio non infert copulae petitionem potius quam redditionem, sed est indifferens. Ergo ratione huius indifferentiæ licita erit talis delectatio. Et confirmo. Tactus, qui ab vno coniuge in absentia alterius haberetur, non est mortalis, vt defendit Sanch. disp. illa 44. n. 16. quia de se est indifferens ad copulam licitam, vel illicitam, neque delectatio mortosa copulae cum coniuge abscate, quia referri potest ad copulam coniugalem, licet actu non ditigatur. Ergo similiter delectatio de copula à coniuge dubio excutabitur à mortalitate, quia ordinari potest ad copulam licitam, qualis est petita ab altero coniuge.

15 Diceretur tamen existimo prohibitam esse talem delectationem: quia in solutus omnis delectatio carnalis tam extrinseca, quam intrinseca prohibita est, eo quod aduersatur castitati cohibenti omnes has delectationes: sed qui dubius est de matrimonij valore, non habet ius petitiendi has delectationes, nisi in quantum necessarium fuerit ad seruandum ius illiusdem alterius partis bona fide contrahentis: at ad conferendum ius alterius partis nunquam est necessarium coniugem dubium de mortose cogitando delectare, licet neque se in absentia coniugis tactibus prouocet. Ergo nullo modo talis delectatio est illi licita: & ita tenet Sanchez lib. 9. de matr. disp. 44. n. 24. Coninch. disp. 34. de matr. dub. 11. n. 115.

16 Ad rationem oppositam respondeo, cum copula solum licita sit, casu quo petatur: at sublati tali petitione licita sit, efficitur delectationem, quæ non supponit, neque supponere potest, petitionem semper illicitam esse: quia non habet conditionem, quæ illam possit honestare. Ad confirmationem, est Nauarr. Saa. Corduba, & alij quos refert Sanchez disp. 44. n. 2. & Basilius de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 11. existimant tactus, & delectationem appetitus sentiens in coniuge absente mortalia esse; quia cum non possint esse causa, & principium liciti coitus eo quod sit impossibilis, vel pollutionis, vel pollutionis, vel pollutionis. Nihilominus existimo tales delectationes, & tactus absque periculo pollutionis non esse peccata mortalia, eo quod ratione matrimonij omnes delectationes carnales, quæ ad copulam per se ordinantur, à mortali sine excusata. Quod verò copula sit impossibilis, cum impossibilis sit per accidens, non tollit quominus delectatio ad illam ordinetur, idè quæ licita sit, & ita tenet Valq. 1. 2. disp. 13. c. 2. Sanch. n. 3. Coninchus disp. 34. dub. 11. n. 113. At in coniuge dubitante de valore matrimonij, cum nullam causam habeat honestandi delectationes carnales, nisi ad petitionem partis carentes dubitatione: nullo modo illi est licita talis delectatio, aut tactus.

17 Quod si coniux dubius non est de matrimonij valore, neque aliquo impedimento voti, affinitatis, aut similibus ligatus est: probabilius existimo licitum esse delectari de copula maritali habita, vel habenda, ac si praesens esset, modo absque periculo pollutionis: quia omnes hæc delectationes coniugibus sunt licitæ, eo quod principium, & dispositio sint copulae coniugalis, quæ illis licita est. Ita Valq. 1. 2. disp. 113. cap. 2. Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 44. n. 3. Coninch. n. 113. Neque redditur mortalis, etiam si inde conseruat membris pudendi alteratio, & commotio absque pollutionis periculo, quia hæc omnia ad copulam materialem de se ordinantur: si tamen propter eorum delectationem appaeratur, erit culpa venialis, quia extrahitur à suo fine. Sic Valq. n. 4. Sanch. n. 5. Salas 17. 13. disp. 6. sect. 30. n. 206. Quod verò Salas ibi n. 205. affirmat mortale esse, si coniuges se delectant de copula maritali imaginaria, & ficta, mihi non probatur; quia parum refert copulam esse fictam, vel veram, si delectat in absolute illis prohibita non est, & non fertur ad obiectum formaliter malum, & ita tenet Sanchez disp. 44. n. 22.

18 Quinto inferitur quid dicendum sit de delectatione in coitu aliorum, & quidem si coitus aliorum malus sit, & de illo sic apprehenso delecteris, nemini est dubium te peccare, quia placet tibi, & approbas obiectum malum. At si coitus aliorum à culpa excusetur, eo quod fuerit in amentia, Herreia disp. 31. quest. 17. existimat non esse mortale, quando absque periculo propriæ libidinis, & iniuria prolis; quia amentibus, inquit, nulla est lex posita, & idem est de eorum coitu delectari, ac delectari de coitu brutorum. Verum si coitus aliorum à culpa excusetur ob ignorantiam, somnum, aut ebrietatem, existimat mortale esse de illo sic apprehenso delectari; quia hic peccantes lege adstringuntur, licet ab illis ob ignorantiam excusentur. Ergo

Ergo delectari de illorum coitu, est delectari de actu prohibito. Adde, hos ignorantibus non licet coniugere, nec confu-
lere, ut coniugantur. Ergo nec licet de illorum coniunctione
delectari.

19 Ergo verò existimo de omnibus esse morale, sic Cor-
daba lib. 2. q. 30. sine salis tract. 13. disput. 6. sect. 31. n. 218. Azor.
tom. 1. in fin. moral. lib. 4. cap. 6. quæst. 9. Mourcor, quia omnes
tam cibij, quam amens lege tenentur, licet ab illa ob ebrie-
tatem, vel amensiam fuerint excusati, Ergo delectari de illor-
um coitu per se, est delectari de obiecto malo. & solum per
accidens excusato à malitia. Ergo est mala delectatio. Con-
firmo. Nempe licet amensiam ad necem hominis inuitare, ne-
que ebrios inter se coniugere, neque desiderare, ut iudex erret
in profectenda sententia, aut testes falsum testimonium dicant,
etiam ignorantibus, quia mala illa, & peccata, à quibus amen-
siam, & ebrietas per ignorantiam excusantur, tibi erant volunta-
ria, & grata. Deinde in venenis est specialis ratio, quare de
his obiectis nequas delectatur, quia delectationes de his obiectis
non solum sunt prohibita, quia ad obiecta prohibita referuntur,
sed etiam ratione sui, & ob repugnantiam quam habent
cum castitate, excusant enim, & commouent de se appetitum ad
coitum, Ergo siue obiectum excusatur à malitia, siue non, de-
lectatio de illo mala est. Unde non solum delectatio de coitu
à malitia per accidens, excusato mala est, sed etiam delectatio de
coitu matrimoniali aliorum, quia talis delectatio excitat in
habente illum, fluxum seminis. Et licet aliquando non excitet,
hoc est per accidens, ex se enim habet excitare, ac proinde à
causa excusati non potest, esto contra tenet Salas supra n. 215,
tam de delectatione voluntatis, quam appetitum sensitiui, sicut
hæc inquit, est talis distinctio.

20 Verum si de delectatione in aliis materijs à Venere lo-
quamur, dicendum est primo licitam esse delectationem de
quolibet opere bono, siue à se, siue ab alio factam sit. Probo,
quia obiectum bonum est, & nullum prauum affectum mouet,
Ergo licet de illo delectari, sicut delectare. Qua ratione il-
licum est de delectari de suspensio latrone de inimicis iure va-
stans, sic omnes Doctores.

21 Dico secundò, Si opus ex aliqua circumstantia malum
sit, & de illo, vel est sub tali circumstantia, delecteris, delectatio
peccaminosa est, sicut & ipsum opus, sic Basilius de Leon lib.
10. de matrim. cap. 16. num. 16. Ratio, meo iudicio, est euidens,
quia delectatio vel est approbatio obiecti, vel supponit illius
approbationem, sed approbare obiectum malum, malum est,
Ergo de illo si delectari malum est. Explico conclusio-
nem, Approbatio est sanam comedere carnes in Quadragesi-
ma, si de tali comestione delectaris, procul dubio delectaris de
obiecto formaliter malo; similiter si te iudicem fingis, & sub
hæc apprehensione contemplaris vindicare de inimico, quis
dubitare potest peccatum cum obiectum formaliter ma-
lum approbes.

22 Dico tercio, de quolibet obiecto iure postiuo prohibi-
to potest abique morali delectatio esse, dummodo intelle-
ctus repræsentet voluntati obiectum denudatum conditione
vitians, & voluntas & appetitus in illud ve sic repræsentatum
feratur. Hæc conclusio est communis, Lessius lib. 4. cap. 3.
dub. 15. n. 11. & seq. Vazq. 1. 2. disp. 110. cap. 2. Sanch, alios
referens lib. 1. Decal. cap. 2. n. 10. Ratio videtur aperta, quia
obiectum, ut sic repræsentatum, non inuoluit malitiam. Ergo
nequit illam delectationem tribuere: posse autem tali obiectum
denudatum per intellectum à conditione vitiantem, apertum est,
cum ab extrinseco habeat malitiam, sicuti & prohibitionem
hæc ratione tibi non est morale. si in Quadragesima delecteris
de usu carnis absolute, quia usus carnis in se malus non est, ne-
que in se inuoluit prohibitionem; esset tamen mortale si dele-
ctatio esset de usu carnis in Quadragesima facta, ita vt obiectum
delectationis illammet circumstantiam comprehenderet.

Dices. Sanè nullo modo licet velle in Quadragesima com-
edere carnes, etiam si non velit illas comedere, quatenus sunt
prohibita, Ergo neque etiam licet in Quadragesima de usu
carnis delectari.

Respondendo negando consequentiam. Ratio disparitatis est,
quia voluntas efficax tendit ad consequendum opus, & cum ab
opere sic exercito separari non possit malitia, neque à voluntate
efficaci separari potest: at delectatio cum operis executione non
sit, potest in opus denudatum à conditione vitiantem ferri, ac
proinde malum esse, vt bene notauit Coninchus disput. 34.
dub. 11. n. 110. Bonaccia de matrim. quæst. 4. par. 8. n. 11.

Dico quartò, de obiecto iure naturali prohibito mala est
delectatio, quous ab illo præcindi non potest malitia: at si
ab illo obiecto in aliqua circumstantia facta separari potest
malitia, non erit mortalis eius delectatio. In priori parte hu-
ius conclusionis omnes conueniunt: nam tunc delectatio non
habet, vnde honestari possit, cum malum semper approbet.
Qua ratione nunquam potest esse licita delectatio de idolola-
tria, odio Dei, mendacio, infidelitate, & similibus, quia in nulla
circumstantia hæc licita esse possunt. Secunda pars paucis ar-
guitur, eo quod existimant à prohibitis iure naturali separari
non posse malitiam, & prohibitionem, Verum si rectè expendi-
datur, clara est: factum enim licitum esse potest necessitate

gravi vigente, homicidium auctoritate publica factum: si igi-
tur quis delectaretur de horum actuum substantia, non inter-
tur delectari de illis, quatenus mali sunt; siquidem, & mali,
& boni esse possunt, secundum diuersas circumstantias in
quibus fiunt; hæc enim ratio, vt bene dicit Azor statim al-
legandus, non peccat mortaliter, qui se ducem fingens in
bellio iniusto delectatur, quòd strenue pugnaverit, iurificè se
defenderit, aliisque huiusmodi fuerit operatus. Item ipsemet
Thomas Sanchez, qui lib. 1. cap. 2. num. 11. affirmat, de-
lectationem de probis iure naturæ semper esse ma am, n. 35.
nobiscum videtur consentire, siquidem admittit non esse cul-
pam lethalem, si laicus se apprehendat Sacerdotem, & iurif-
dictionem habentem; delectatur in confessionibus audiendis,
quia audire confessiones non est malum, nisi quatenus sit à
non habente potestatem; quare dum non delectatur de huius-
modi conditionis absentia, non delectatur de aliquo malo, sic
dicendum in duello homicidio, & similibus, quæ licita, & illi-
cita esse possunt, ita tenet Basilius de Leon lib. 10. de matrim.
cap. 16. num. 19. Azor tom. 1. in fin. moral. lib. 4. cap. 6. quæst.
1. in fin. & Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 2. num. 16.
fine. Coninch. supra num. 110.

§. III.

An delectatio, & desiderium obiecti mali sub
conditione auferente eius malitiam,
mortale peccatum sit.

- 1 Explicatur quæstio.
- 2 De prohibitis iure positio non est peccatum.
- 3 Quod attendendum de prohibitis iure naturæ? Proponitur quæ-
dam sententia non posse honestari talem delectationem.
- 4 Probabile est honestari posse.
- 5 Satis sit argumentis num. 3. positis.
- 6 Aliqua aduertuntur pro superioris doctrina intelligentia.

1 **D**esideras comedere carnes die Venetis, occidere, men-
tiri, vindicare, idololatriæ si tibi liceret, & de illis
sub tali conditione apprehendis delectaris, committis pecca-
tum, ac si conditionem non apposuissis.

2 Si de prohibitis iure positio loquamur, recepta om-
nium sententia est, te non peccare, si apponas conditionem
excusantem à malitia, & sub ea obiectum velis, vt si velis in
Quadragesima comedere carnes, casu quod Ecclesia permitte-
ret, stante enim Ecclesiæ permissione talis comestio licita est.
Ergo velle comestorem sub tali conditione est velle obiectum
bonum nulla ex parte maculatum.

3 Quòd si de prohibitis iure naturæ loquamur distinguen-
dum est, Aliqua enim sunt, à quibus separari potest malitia;
alia à quibus malitia est inseparabilis. Prioris generis sunt, coi-
tus, homicidium, furum, infamatio, quæ stante aliqua conditio-
ne licita sunt, coitus enim licitus est, si cum vxore propria fiat,
homicidium, si auctoritate publica, furum, si vigente necessitate
de infamatio, si honesta causa intercedat. Alia sunt, à quibus ma-
litia separari non potest, quia nullus casus dabilis est, in quibus
hæc liceant, vt mendacium, fornicatio, vindicta, idololatria,
odium Dei, & similia. Si voluntas fertur in prioris generis
obiecta sub conditione auferente eius malitiam, existimo
peccatum mortale non esse, quia fertur in obiectum denuda-
tum à malitia; hæc enim ratione non peccat mortaliter re-
ligiosus, qui velit ducere vxorem, casu quo liber esset à voto, &
occidere latrones casu, quo iudex esset, & alienum accipere
necessitate vigente, sic Caietanus in summa, verbo cogitatio,
Emanuel Saæ verbo peccatum. Mai 1. tom. sum. cap. 12. n. 1.
in 2. edit. Basilius de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 20.
Th. Sanch, alios referens lib. 1. in Decal. cap. 2. n. 24. & alij Do-
ctores statim referendi. Quòd si voluntas fertur in posterioris
generis obiecta, quæ in nullo euentu licita esse possunt, affirmat
Thom. Sanch. n. 23. Basilius de Leon supra Azor tom. 1. in fin.
moralium, lib. 4. cap. 6. q. 10. te peccare mortaliter, quomo-
cumque ea velis, etiam si ea velis sub conditione, si tibi liceret,
vel si non essent mala, vel prohibita. Nam cum impossibilis
sit talis conditio, pro non adiecta debet haberi, ex text. in cap.
fin. de conditionib. appositis, at si conditio non esset apposta, sed
absolute in talia obiecta motus fuisset, nemini est dubium te
peccaturum grauer. Ergo etiam si conditionem apposueris.
Secundò cum dicitis velle mendacium, si esset licitum, con-
uincens de desiderate licitum esse mendacium, Ergo desideras, vt
naturæ retum mutentur, & iure naturæ verita liceat, Ergo
peccas. Terciò nemini esse potest dubium, hunc actum esse
culpam lethalem, si esset licitum, destruerem Deum, cum ta-
men conditio rationem malitiam auferre videretur.

4 Nihilominus existimo satis probabile non esse pecca-
tum mortale hæc obiecta intrinsece mala desiderare, vel de il-
lis delectari sub conditione, si licita essent, vel si Dei offensa
non essent; sic tenet expressè Valquez 1. 2. disput. 116. cap. 2.
Sayrus in clausi regia, lib. 8. cap. 7. num. 28. & 29. Salas
tractum 13. disputat. 6. sectio. 27. num. 180. Emanuel Saæ in
edit.

DE
CASTRO
PALACIO
TOM.
II
LIV.

edit. Complur. & Rom. verbo peccatum, n. 2. Bonacina de matrimon. quæst. 4. p. 8. num. 20.

Probo primo, quia sic desiderans illa obiecta, non absolute, & efficaciter illa desiderat, cum videat esse impossibilia, solum enim ostendit propensionem suæ voluntatis in tale obiectum quando enim dicit se mendacium committurum, si liceret, scit nec esse, neque posse esse licitum mendacium. Ergo non habet voluntatem committendi mendacium; cum hac enim voluntate mentiendi, si liceret, stat optimè voluntas nunquam mentiendi, quia non est licitum. Ergo solum illa voluntas est, quædam voluntas inefficax, seu, ut melius dicam, est quædam propensionis in obiectum significatio: at quando ita est, impletur Thomas Sanchez num. 27, affirmat malam non esse. Ergo nunquam est mala talis voluntas, secundò, qui vult mentiri, casu quo liceret, non vult obiectum prauum, siquidem mendacium licitum malum non est, & licet nunquam possit esse licitum mendacium, hoc non obest quominus voluntas in illud sub ea conditione feratur; in apprehensione enim, & affectu mendacium licitum est.

Neque obstant rationes conetarie, Admitto enim conditionem impossibilem in matrimonij contractu favore ipsius pro non adiecta haberi: at non in aliis contractibus, ex §. si impossibilis, Institur. de iuribus stipular. & leg. impossibilis, 7. ff. de verborum obligat. & leg. non solum, 30. ff. de actionib. & obligat. Ex quibus legibus constat apponentem conditionem impossibilem non habere voluntatem contrahendi, sed potius irridendi?

Ad secundum nego volentem mentiri, casu quo liceret, vel licitum sit mendacium, quia circa bonitatem, vel malitiam mendacij non feratur eius voluntas, sed negativè se habet: sicut si voluntatem haberes occidendi latrones, si iudex edes, non inferitur te habere voluntatem assassinandi officium iudicis, Neque religiosus, qui dixerit: Si solutus essem à voto, ducetem uxorem; inferitur habere voluntatem se à votis liberandi, sed solum dicit, quid in illo statu faceret, sibi que gratum foret. Ergo ex tali voluntate non inferitur velle, ut rerum naturæ mutentur, secundò respondeo concedendo te velle, ut illa omnia essent licita, & naturæ rerum mutentur; sed quia non vis illud efficaciter, sed inefficaciter, & per simplicem affectum, & ob finem bonum, non est cur peccati mortalis tuis affectus dammandus sit, ut bene dixerunt Vasq. & Salas supra.

Ad tertium respondeo illam voluntatem, si esset licitum, destruerem Deum, mortalem esse non ex formali obiecto, quod respicit, sed quia videtur effectus esse alterius voluntatis Deum odio habentis: qui enim sermò id diceret, manifestè conuinceretur Deum sibi displicere, & ex displicentia ipsius esset mortale; non obiecto.

Pro maiori intelligentia supradictæ doctrinæ aduerto aliquos esse casus, in quibus à mortali aliqui de existimant excusatos ob conditionem appositam, cum tamen non sint, eo quod conditio illa non tollat malitiam integrè. Si enim dicas vindicater, fornicater, aut aliud malum facerem, si infernus non esset, vel si non essem sacerdos religiosus, &c. sine dubio peccatus esse, vel non esse infernum, esse, vel non esse sacerdotem, non tollit malitiam vindictæ, fornicationis, & aliorum peccatorum; tollerit tamen aliquam circumstantiam: ut si diceres, si non essem religiosus, fornicater, & constituerit peccatum solum contra temperantiam, non contra votum, ut bene notavit Bonacina de matrimon. quæst. 4. p. 8. n. 27. Sanchez libr. 1. in Decalog. cap. 2. n. 28. qui n. 29. aduertit, cum aliquis dicit, si hoc mihi alio tempore accideret, vindicater, esse peccatum, si potentiam exequendi vindictam desiderat: at si solum enuntiativè proferat, enuntiativo, inquam, quid tunc sciendum fuisse existimat, culpa vacat. Nunquam tamen est peccatum velle relinquere peccatum ob timorem inferni, vel ob amissionem honoris, ob quemcunque enim finem peccatum relinquatur, peccatum non est.

§. IV.

An delectatio morosa de turpi obiecto habeat omnes species, quas haberet desiderium illius.

1. Explicatur questio, & declaratur, in quo sita est difficultas.
2. Si delectatio sit de copula cum coniugata, quatenus talis est, speciem habet adulterij, secus si de copula coniugata præciso per intellectum coniugij.
3. Preponitur quædam obiectio, & soluitur.
4. Aliqua aduertuntur notanda.

1. **C**onstat primò, desiderantem fornicari cum soluta contra temperantiam peccare; si cum nupta, addere iniuriam ob adulterium; si cum religiosa, vel voto castitatis ligata, peccare contra religionem; si cum consanguineis, peccare contra pietatem, quantumvis vellet non esse coniugatam, religiosam, vel consanguineam, quia desiderium peccati tendit

ad exsequendum peccatum, & cum à peccato illo separari non possint illæ circumstantiæ, necessariò illatum malam habere debet desiderium, seu voluntas efficacis.

Difficultas autem est, an etiam illas habere debeat delectatio: siquidem delectatio non tendit ad executionem operis, sed potius ipsum opus, quasi exercitum supponit, & in illo delectatur.

2. Et quidem si delectatio sit de copula habita, vel habenda cum coniugata, quatenus coniugata est: ita ut obiectum tæ delectationis non solum sit copula cum illa femina, quam cognoscis coniugatam, sed copula cum illa ut coniugata, taliter quòd esse coniugatam te delectet, nemini esse potest dubium talem delectationem non solum contra temperantiam, sed etiam contra iustitiam esse: siquidem iniustitia tibi placet, & grata est, & tradiderunt Azor. Vasq. & Salas infra allegandi. At vero vel nunquam hoc contingit, quia terminam esse coniugatam, vel alio impedimento ligatam, parum delectationi delectatur, in ò potius temperat delectationem, non illam excitat. Ergo cum de illius concubitu delectaris, non delectaris de illo, quatenus est concubitus coniugatus, vel religiosus, sed ab omnibus his circumstantiis præcisus. Possit autem delectationem ab omnibus his circumstantiis præcisare, videtur manifestè: femina enim illa esse poterat sine coniugio, vel voto castitatis. Ergo bene potest apprehendi, quòd apprehendatur affectus coniugij, vel voto castitatis (est alia cognoscitio cognoscitur affectum esse coniugio, vel voto castitatis). Ergo apprehendere potes copulam cum illa, ut sic apprehensa. Ergo si delectaris in tali copula, non delectaris in copula adulterina, vel sacrilega: quia copula illa prout est in tua apprehensione ab omnibus his malis præcisus. Ergo delectatio de copula cum coniugata, religiosa, vel consanguinea, eiusdem esse potest speciei, nisi formaliter delectatio fiat de illis, quatenus tales sunt, ita tenet, & late probat Vasq. 2. disp. 1. 2. cap. 2. Azor libr. 4. in fin. mor. cap. 6. q. 3. Sayrus in clavi regis lib. 8. c. 7. n. 19. & 20. Thom. Sanchez, libr. 1. in Decal. cap. 2. n. 12. attenda eius limitationem, quam apponit conclusioni, probabilem reputat Lessius libr. 4. de vitiis. cap. 3. dub. 15. n. 123. Saà verbo luxuria n. 13. Salas 1. 2. tract. 1. disp. 6. sect. 6. num. 56. & 57. Agid. de Coninch. disp. 34. dub. 1. n. 108. Bonac. de matr. q. 4. p. 8. n. 9.

3. Sed obijcies, cum delectaris de obiecto pravo, verbi gratia de copula habita cum coniugata, copula cum coniugata tibi placet, & grata est. Ergo tibi grata est copula adulterina, quia ab illa copula cum coniugata separari non potest adulterij malitia.

Respondeo, si per approbationem voluntatis tibi placeat copula cum coniugata, certum est malitiam adulterij talem approbationem habere; illa enim voluntas est voluntas operis: at si per delectationem tibi placeat, non est necessarium, quòd tibi placeat copula cum coniugata, quatenus cum coniugata est; sufficit, si placeat illa copula, quæ cum coniugata est facta, quatenus est cum femina pulchra, & à te amata; stat enim optimè non posse ab aliquo opere separari plures malitias, & in delectatione illius operis omnino separari. Exemplis probat Coninchus, Lessius, & Salas supra, si in loco facto malè tractetur tuus inimicus, & tamen de illius calamitate delecteris abique consideratione loci sacri: talis delectatio malitiam sacrilegij non habet, etiam si opus externum sacrilegium fuerit. Item audis verba facientis, sed contumeliosa, imputa, detestatoria, delectari de illis potes, non quatenus contumeliam causam, sed quatenus risum excitant, item non quatenus detestatoria, sed quatenus impura. Ergo non est necessarium delectationem integrè obiecto conformari, & omnem eius malitiam in se recipere, sed poteris solum ex parte turpitudinem ab illo accipere.

4. Aduertendum tamen est, si delectatio contingat de copula sodomitica, vel bestialia, necessariò faciendum esse, quia omnino sunt distincta à copula fornicaria, & specialem cum virtute castitatis oppositionem habent: siue hæc oppositio illis proveniat à turpitudine obiectorum, quæ respiciunt, siue à se ipsis per ordinem ad obiecta, sic Vasq. cap. 2. Lessius n. 122. Salas num. 60.

Secundò aduertendum est, si delectatio fiat ab habente votum castitatis, esse non solum contra temperantiam, sed etiam contra votum, quia votum omnes delectationes carnales excludit. Solum est difficultas, an delectatio coniugis cum femina aliena habeat non solum malitiam contra castitatem, sed etiam contra iustitiam? Affirmat Bonacina quæst. 4. num. 8. de matrimon. n. 19. versus. secundus casus, quia coniux per matrimonium non solum corpus, sed etiam affectus alteri coniugij obligavit. Ergo si in alteram à coniuge inclinat, iniuriam intogat. Hæc tamen ratio non caret difficultate, supposita nostra lenientia affirmante delectationem non accipere malitiam omnem obiecti, sed quatenus ab intellectu voluntati repræsentatur. Cum autem à circumstantia coniugij possit intellectus præcisare, & seipsum quasi solum considerare, non videtur circumstantiam coniugij, posse malitiam tali delectationi tribuere. Quòd autem per coniugium non se coniuges obligauerint ab his delectationibus abstinere, sicuti obligantur vouentes castitatem; inde probatur, quia hæc delectationes sunt:

non per se in cognoscere alteri coniugi. Ergo non potest ratio illarum iniuriam pati, neque ob illas priuatur copula sibi debita. Ergo non sunt contra iustitiam, sed solum contra temperantiam, quod dubitando dictum sit.

§. V

An delectatio appetitus sensitivi cum commotione corporis, peccatum sit mortale, si voluntas in talem delectationem expressè non consentiat.

- 1 Quæ ratione in his moribus consentire possit, & de quo consentit sit controversia.
- 2 Motus appetitus sensitivi non refrenari à voluntate, cum possit qui affirmant esse mortale.
- 3 Probabilior, est sententia opposita.
- 4 Soluuntur fundamenta num. 2. posita.
- 5 An sit peccatum veniale hos motus non reprimere. Proponitur sententia non esse.
- 6 defenditur cum communi esse veniale peccatum, & soluuntur contrariæ rationes.
- 7 Quid si ob causam honestam non reprimis.

1 Dupliciter voluntas in huiusmodi moribus consentire potest, primò expressè appetendo illos, & in illis se delectando, & de hac voluntate nemini est dubium esse peccatum mortale. Secundo consentire potest tacite, & virtualiter, quatenus non reprimat, que coërcet, cum possit. Et de hac secunda voluntate est controversia, an sufficiat, ut motus appetitus sensitivi sint peccata mortalia, etiam quando abest periculum pollutionis, vel alterius consensus mortalis.

2 Prima sententia affirmat, sic AZOR tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 5. & cap. 11. quæst. 5. Petrus de Ledesma 2. part. sum. cap. 27. initio. Valent. 1. 23. disput. 6. quæst. 4. punct. 3. vel nihilominus contraria. Lellius lib. 4. de iustit. cap. 3. num. 117. Valquez 1. 2. disput. 108. cap. 2. Sayrus lib. 8. cap. 7. num. 3. referunt pro se D. Thom. Bonavent. Alenf. Richard & alios, sed immerito, ut etiam expedit Salas 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. in princ. num. 24. & 25.

Probat potest primò, quia voluntas tenetur regere appetitum, & omnes alias potentias, ne rationi pugnent: ideo enim constituta est domina, & regina potentiarum. Ergo si cum appetitibus, aliisque inferioribus potentia oppugnant rationem voluntas non se opponit, & appetitum reprimat, & obligationi, non satisficit, ergo peccat, & cum sit materia grauis exculsura non potest à mortali. Secundo, si voluntas in huiusmodi motus expressè consentiat, omnes affirmant, peccare mortaliter. Ergo etiam peccabit si virtualiter consentiat, tacitus enim, & expressus consensus pro eodem reputantur, ex l. de quibus, in fine, ff. de legibus, & l. cum quis ff. si certum petatur. & late Eucrat. loco ab expresso ad tacitum. Cofirmo, quia vix distingui potest, an voluntas se negatiuè habeat, an expressè consenserit nam cum appetitus secum trahat voluntatem, difficile erit discernere consentiente appetitu voluntatem non consentire. Tertio si aliqui huiusmodi motus per tactus, & amplexus in te excitat, obligatus es sub mortali illum reprimere. Ergo etiam cum à natura excitatur cum eodem modo ad fermentationem prouocent. Neque valet dicere te esse obligatum repellere huiusmodi tactus, ne peccato alterius consentias: nam etiam aliter non peccaret, eo quod cibus, aut amens esset, teneris illum à te repellere, neque tales actus permittere: quia talis irritatio à quocumque prouenit, castitati obstat. Quarto velle hos motus, & delectationes inde consergentes, ideo est mortale, quia hæc delectationes initium sunt, & causa proxima pollutionis, vel coitus, sed siue apponatur expressè, siue tacitum interpretatiuè, eodem modo sunt initium, & causa pollutionis, vel coitus. Ergo eodem modo erunt peccata, cum consensus interpretatiuè verus consensus sit. Quindò, si voluntati licet hos turpes motus non reprimat, sed illorum delectationem recipere, contenta erit talis delectatione, & de matrimoniali copula non carabit. Obstat ergo ratio, quæ sententiam fini matrimonij.

1 Nihilominus etsi supradicta sententia valde probabilis sit: probabilior mihi videtur non peccare mortaliter voluntatem, quæ non reprimat hos turpes motus sed merè negatiuè se circa illos habeat, dummodo abest periculum pollutionis, aut viterioris grauis consensus, tenet hanc sententiam Caietan. 1. 2. quæst. 74. art. 3. & in summ. verb. delectatio vers. magna. tom. Nauac. cap. 11. num. 9. vers. 1. part. 2. & cap. 16. num. 9. part. 4. Tolet. summ. lib. 5. cap. 14. num. 2. Philiaicus tom. 1. part. 2. sum. lib. 4. cap. 8. & alij plures, quos refert Salas tract. 13. disp. 6. sect. 3. num. 25. Et licet ipse noluerit suam mentem declarare, tamen insinuat esse pro hac sententia vt legenti patebit. Probabilissimam esse affirmat Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 45. num. 25 & lib. 1. in Decalog. cap. 2. num. 13.

vbi hanc reputat probabiliorē in rigore metaphysico, practice tamen aliam dicit esse veram.

Præcipua ratio, quæ me mouet, est quia huiusmodi motus à natura proueniunt, ita vt omnes coërcere sit impossibile, aliquos difficilimum. Non est igitur credendum de diuina bonitate salutem æternam hominem his periculis exposuisse esset enim salus æterna cuiuscumque hominis non leui periculo exposita, si cum à natura sit in malum procluis, arctatus sit non solum non admittere hos motus, sed etiam illos reprimere, & coërcere. Item si obligatus esset homo hos motus reprimere, cum possit, obligaretur sanè media apponere non difficilia ad reprimendum, ergo si videra hos motus consergere eo quod in lecto tali vel tali modo decumbit tenebitur à tali cubitu abstinere, imò surgere, & se aliquoties verberare, quod certè est durissimum, & pauci admittunt. Deinde peccabit mortaliter, si non euitat causas, ex quibus cognoscit huiusmodi motus prauos insurgere; nam si postquam excitati sunt tenetur illos reprimere à fortiori tenebitur impedire ne excitentur; tenebitur ergo sub mortali feminam non alloqui, nec videre, aliaque similia omittere, quæ omnium sententia vel bona sunt, vel solum venialia.

4 Denique argumenta contrariæ sententiæ non vigent. Ad primum dico, voluntatem obligatam esse sub mortali rege appetitum, ne ita cum ratione pugnet, vt ex eius pugna ipsa consentiat: at impedire quamlibet pugnam, non videtur obligata voluntas saltem sub mortali.

Ad secundum admitto gratis in contractibus idem esse iudicium taciti, & expressi propter præsumptum consensum: at in peccatis nequaquam; nunquam enim tibi licet aliorum peccata velle: licet tamen illa non impedire, & Deus peccata permittit, non tamen illa vult. Quare si rectè expendatur hic consensus tacitus, qui solum est permissio, non debet dici propriè consensus voluntatis, cum voluntas quantum est de se illos non velit, & in tali appetitu delectatione displiceat. Alias diceretur Deus tacite velle nostra peccata, & virtualiter in illis consentire, si quidem illa permitit potens cohibere quo nihil absurdum. Ad confirmationem, difficile quidem est discernere voluntatem non consentire, consentiente appetitu: at experientia constat ita contingere, præcipuè cum in voluntate adeit displicentia formalis de tali delectatione, quæ displicentia efficaciter detinet voluntatem, ne consentiat, estq; inefficax sit ad prauos illos motus reprimendos.

Ad tertium concedo obligatum te esse sub mortali repellere excitantem turpes motus: at non obligari eodem modo, quando à natura excitantur: esse enim excitatos à natura, dimittit obligationem, sicut in pollutione contingit quæ permittit potest stueri quando à natura prouenit: at si alius in te excitat omnino debebas illum repellere.

Ad quartum concedo velle hos turpes motus illòque procurare, esse peccatum mortale, quia initium sunt, & causa pollutionis. Nego tamen inde inferri illos permittere esse mortale; quia aliud est velle causam pollutionis, aliud permittere illam. Qui enim permittit causam pollutionis à natura proueniens, non dicitur illius causa: at qui illam vult causa illius est. Adde si præuideatur futura pollutio, etiam si non præuideatur illius consensus, communiter Doctores sententur teneri tunc voluntatem resistere, nec posse solum negatiuè se habere, quia tenetur causas notabiliter ad pollutionem influentes auertere, si commode possit. sic Sanchez supra lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 45. & in Decal. lib. 1. cap. 2. n. 14. Salas 1. 2. tract. 13. disput. 6. sect. 18. num. 127. fine, & sect. 9. num. fine. quamuis difficultate non caret.

Ad quintum nego permissionem obstat grauius fini matrimonij, cum enim voluntas non possit horum motuum delectationem procurare, vel in illa gaudere sed summum illum pati, cum acciderit, non potest periculum esse, quod his delectationibus contenta sit.

5 Ex dictis oritur non leuis difficultas, an sit peccatum veniale hos motus non reprimere, cum possit.

Ratio difficultatis est. Nam si est peccatum veniale non reprimere hos motus, ideo est, quia est obligatio reprimendi, & carentia illius repressiois aduertatur alicui præcepto: at nullum præceptum esse videtur cui aduertetur: nam illud præceptum, non concupisces, non appetitus cupiscentia vbi non est libertas, sed de concupiscentia voluntatis latum est. Ergo dum ipsa voluntas non concupiscit hos motus, nullum peccatum esse potest. Deinde si adit præceptum reprimendi hos motus, cum hæc sit materia grauis obligatio erit sub mortali. Ergo vel dicendum est nullum esse peccatum hos motus non reprimere, vel esse mortale. Denique non reprimere hos motus, ideo esse potest peccatum veniale, quia ipsi excitant, & mouent ad pollutionem, cuius causas debes auertere, si commode possis. Ergo hæc ratio probat non esse peccatum veniale, sed mortale. Quia non auertere causas in materia luxurie notabiliter influentes in pollutionem, mortale est, vt expedit Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 25. Confirmo pollutio præuisa, & non intenta, in tantam est peccatum, in quantum est peccatum causa illius, sed quando ex huiusmodi dicitur.

DE CASTRO
D. P. A. S.
TOM.
E. V.

delectationis appetitu prævidetur pollutio, delectatio appetitus peccatum mortale est. Ergo etiam et in male, quando non prævidetur. Probo consequentiam, quia causa pollutionis esse mortale, vel non esse, non provenit ex effectu sequuto, sed ex eo quod ipsa per se talem effectum habeat. Ergo vel dicendum est nullum esse peccatum hos motus non reprimere, etiam stante pollutionis periculo, vel semper esse peccatum mortale. Quapropter plures Doctores asserentes hanc delectationem mortalem esse, non tam de periculo pollutionis, quam de periculo consensus in ipsam sunt locuti: quocirca Alensis, Bonaventura, & alij, quos refert Salas 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. n. 30. & sect. 35. circa finem, n. 6. sentiunt nullum esse peccatum has delectationes permittere, si abest periculum consensus, & expressè docet Ioan. Sanchez in select. disp. 21. n. 3.

6 Verum omnino retinenda est communis sententia, quam docet Salas supra sect. 3. num. 30. sine & sect. 9. in princ. ubi plures refert Thomas Sanchez in Decalog. lib. 1. cap. 2. n. 11. sine, & omnes communitur: permittere, inquam, hos turpes motus, & delectationem appetitus absque aliqua causa honesta, esse peccatum veniale, quia de se sunt inordinati, & ad copulam incitant. At à copula prohibitus es abstinere: ergo etiam prohibitus es abstinere ab his motibus sub gravi culpa, ne illos velis; sub levi, ne illos permittas. Nec mirum est hos divertos modos consentiendi, non eadem gravitate culpæ prohiberi, sicuti non eadem gravitate culpæ prohibetur resistere tepidè tentationi, ac illam velle. Ex his patet ad primam & secundam rationem dubiandi. Ad ultimam dico te obligatum esse auertere causas per se ad pollutionem notabiliter influentes, quando commode potes; obligaris, inquam, sub mortali, si tibi voluntariae sint; sub veniali, si à natura sunt appositæ, vel si intelligantur probabiliter pollutionem causaturæ. Unde cum Doctores dicunt causam dare pollutioni, absque vili necessitate, mortale esse, etiam si pollutio non sequatur, si causa per se referatur ad pollutionem, optimè dicunt: at qui permittit huiusmodi motus, non dat causam per se pollutioni, sed permittit causam à natura datam: hæc autem permissio non videtur sub gravi culpa prohibita, quando pollutio non intelligitur provenitura: sufficit, si tunc sub veniali intelligatur prohibita.

7 Notandum item est, si ob causam necessariam, vel vicalem tibi, aut alteri non reprimis huiusmodi motus, quales sunt, audire confessiones, legere, locutio urbana cum femina, equitatio, timor incidendi in turpiores delectationes, vel virginitas tenendi, nullum peccatum committis: etiam si adsit periculum pollutionis, modò abest periculum consensus, quia tunc pateris has delectationes, non agis: ita Azor tom. 1. institutionum moralium. lib. 4. cap. 6. quest. 5. Salas plures refert 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. num. 31. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 2. n. 11. Valquez disp. 108. cap. 3. sine. Coninchus disp. 34. de macrim. dub. 1. n. 111. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94. & dub. 15. num. 118.

PUNCTUM XI.

Qua ratione pecces, si te iactes, aut iactari permittas de peccato, de bonis naturalibus, & de virtutibus.

- 1 Iactantia de peccato peccatum est.
- 2 Si de dexteritate, aliisque circumstantiis iactaveris, idque audientes intelligant, à peccato mortali excusari potes.
- 3 Si alius te de peccato laudet, & laudes acceptas, mortaliter peccas.
- 4 Idem est si alium tu de peccato laudas, vel quod non commiserit exprobras.
- 5 An iactantia in peccatum eandem habeat malitiam, ac ipsum peccatum.
- 6 Iactantia immoderata in donis naturalibus per se est veniale peccatum.
- 7 Aliquando est mortale, ut si in damnum tertij vergat.
- 8 Quære ab hominibus estimationem, & gloriam in virtute aliquando licet.
- 9 Humanas laudes propter se appetere illicitum est.
- 10 Sed quid si ob gloriam humanam captandam fingeres opera virtutis.

1 **S**ine controversia est, iactantiam de peccato peccatum esse, quia iactantia & est complacentia in peccato, & ex illo laudem quaerit. Vnde si peccatum fuerit mortale, mortalis erit iactantia: si veniale, venialis. Neque refert, si ne peccatum verum, vel falsum, de quo te iactas, quia iactantia eadem esse potest, siue peccatum verum sit, siue falsum, sic omnes Doctores cum D. Thom. 2. 2. q. 132. art. 1. & 3.

Sed quid si tibi placeat ab aliis, néve exproberis, te iactas de peccatis commissis, vel singis commissis.

Respondeo in iactantia de peccato communitur dupliciter peccari, primò per complacentiam, & gaudium de peccato, de

quo te iactas. Secundò per extollentiam pravam, & elationem inordinatam, si in peccato, de quo te iactas, non complaceras, excusaris à peccato elationis, seu inanis gloriae, quæ consistit in quaerenda laude, & honore ex peccatis, sic D. Thom. supra artic. 3. Nauar. summ. cap. 23. num. 12. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 5. & 10. Azor tom. 1. instit. lib. 4. cap. 13. quest. 2. & 5.

2 Verum si in peccato narrato non complaceras, neque ratione illius laudem quaeras, sed solum te iactes, de ingenio dexteritate, virilitate in committendo, affirmat Lessius lib. 2. de instit. cap. 47. dub. 6. n. 42. Sanchez num. 4. Bonacina quest. 4. de macrim. punct. 8. num. 10. non esse mortale casu, quo audientes intelligant te neque complacere in peccato, neque laudari de illo, sed solum de modo, qui in committendo adsit: nam si id non intelligant, peccas inanis gloriae peccato, siquidem opere saltem exteroa exultas in rebus pessimis. Et ita præiudicium est contingere, quoties tuus animus in contrarium manifestè non declaratur, sumitur enim præiudicium ex communitate contingentiis, ex l. nam ad ea, ff. de legib. Negari item non potest talem narrationem periculosissimam esse.

3 Quòd si alius te de peccato iactet, & laudes acceptes, illis que congaudeas, clarum est te peccare mortaliter, ut bene dixit Nauar. & Sanchez supra: at si tibi displicent, & præ reverentia taces, existimat Sanchez non esse mortale, nisi talis esset laudatus, qui ræcedo stantibus scandalum præberet. Ego verò, ut te excusent à peccato, semper existimo necessariam, ut aliquo modo displicentiam, quam habes in corde, exterius manifestes; alioquin censebis laudes ex malefactis acceptate, & in illis consentire.

4 At si tu alium de peccato commissio laudas, vel exprobras, quòd non commiserit, clarum est te peccare mortaliter, ut bene dixit Nauar. & Sanchez supra: at si tibi displicent, & præ reverentia taces, existimat Sanchez non commississe, excusaturque ad committendum; tum quia significas laudem, & honorem ex malefactis esse quaerendam, idque pro-utras, sic Nauar. cap. 23. num. 13. Caietan. sum. verb. iactantia. Sanchez n. 6. & seq. ubi bene advertit aliquando oriri obligationem restitutionis, si tua exprobratione, vel iactantia motus aliquis fuerit damnus inferre. Quòd si solum dexteritatem, ingenium, & vires in peccato laudare intendis, si ut excusaris à peccato explicare debes, & cauere omnino, ne in te vel in alio periculum sit iactantia, & gaudij de mortali admisso: ratioque cuius bene dixit Sanchez num. 12. frequentissimè hanc laudationem mortalem esse.

5 Sed inquires, an iactantia eiusdem sit specificè malitiae cum peccato, de quo te iactas, ac proinde in confessione tenearis dicere, & declarare peccatum, de quo fuit iactantia, si fuit, inquam iactantia de furto, vel de fornicatione.

Affirmat Sanchez illo cap. 3. n. 13. Mouetur, quia virtus non solum prohibet peccatum tibi formaliter contrarium, sed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ sententia vera omnino est, si iactantia sit cum gaudio de peccato commissio: at si gaudium excludas, & solum peccatum iactantia committas, existimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati, circa quod versatur; ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum, cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere dicendo te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantia malitia consistit in captanda gloria, & honore ex male factis; quòd verò male facta sint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantia malitiam, sicuti ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid est, quòd violatio sit in castitate, vel in paupertate, ita tenet expressè Nauar. sum. prelad. 9. num. 4. Neque verum est quamlibet virtutem prohibere iactantiam de peccato tibi contrario, sicuti prohibet delectationem, gaudium, & desiderium illius, quia iactantia de peccato, quòcumque sit, per se prohibetur à virtute humilitatis; est enim iactantia filia superbiae: seu inanis gloriae, ut dixit Gregor. lib. 31. mor. cap. 31. & D. Thomas communitur receptus 2. 2. quest. 132. artic. 4. ac proinde humilitati contraria: at delectatio, gaudium, & desiderium de peccato solum ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipsum peccatum.

6 Verum si de iactantia in donis naturalibus, nempe ingenio, nobilitate, robore, & fortitudine loquamur, & de his te iactes, plusquam oportet, peccatum veniale per se tantum est. Esse peccatum constat, siquidem appetit excellentiam, & honorem indebitum. Esse tantum veniale ex eo probatur, quia res quæ appetitur bonum est, scilicet honor, & gloria humana: modus autem appetendi non est cum damno tertij, ut suppono. Ergo non videtur esse grauis culpa. Et confirmo, quia acrioris ingenij, nobilitatis prolapæ, præstantioris doctrinæ opinionem affectus est, quam sua merita postulant, non teneat manifestare veritatem, sed poterit hanc opinionem, etsi falsam permittere; dummodo non vergat in detrimentum aliorum. Ergo procurare opinionem excedentem meritis, non est mortale, siquidem non est peccatum illam conseruare.